



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Oecolampadivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

CONCLUSIO PRIMA.

nominasse. Dico peregrinū non esse uel alienū, specie panis
panem appellari. Debuisset enim a suo in Christo fratre Zwinglio
didicisse saepius signum nomine, id quod signatum est no[n]ari.
Quanq[ue] aut̄ Angloꝝ rex, suo in Christiano libello, in defenſione
sacror[um] septē sacramētor[um], aduersus Lutherū ostēdat rē
aliquā nominari q[uod]d[icitur] fuit, illud scripturis probās. Exo. de uirga
Moysi uersa in colubrū, postea nihilominus uirgā appellata.

Vltimo dñs meus doctor quod inducit illud, tuto uel hoc,
quid significet nihil me angit, reuerentia namq[ue] sua bene no[n]
uit, quo nam modo Lutherus Carolostadiū tutauit. Simpli-
ces nos uerbo nostri salvatoris credimus in huius sacramenti
institutione dicentis, Hoc est corpus meum. Dilecte mi dñe
doctor supreme uos rogo, scripturas adportate, quim cre-
dere recusetis, uenerabile Christi corpus in sacramento esse,
ut clare Christi uerba sonant.

D. OECOLAMPADIVS.

Respondere potero domine doctor, quod Christus suo
iudici respondit. Interrogauero, non respondetur mihi. Re-
spondero, non creditur mihi, neq[ue] aliquid ualebit. Adhuc
non probauit, quod ab eo petitur, nemo plures eo querit ex-
ceptiones. Scripturæ ne sunt, quod uno in loco ter ei ostendit
spiritum sanctum aperire per Paulum panem nomina-
re. Nec de uirga simile est, de qua legitur, quod in serpentem
sit uersa, hic enim uerbum uersionis non legitur.

Ad hæc cōmuniſ Theologor[um] est regula, sine cauſa mira-
cula non ponenda, ut hoc in loco neq[ue] necessitas urget.

Num & hoc esse dinoscitur auffugium, nihil D. Eckium
angere, quid hoc uerbulum. Hoc importet, quum neq[ue] mens-
sam significet, nec accidentia panis. Ergo oportet substantia-
tiale panem designet, alioqui dici posset, in baptismo aquā
non esse aquam, quum sacramentum sit. Mī domine doctor
tam queso dicite, quid hoc uerbulum. Hoc importet, & po-
stea ultra loquar.

G ij